PETRUS LOMBARDUS. BANDINUS. INNOCENTIUS III. PAPA

Österreich, 12. Jh. Seite 145r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

145

Ut autem facilius cognoscatur
quid istis propositionibus dicitur: deus
est homo et homo est deus et simi-
libus; breviter predicendum est quod ex
illis duobus que filius dei suscepit.
scilicet anima et carne nulla persona hominis
composita est. Tercium demum ex his
duobus personam constituit. cum principaliter
ideo quod persona non est conveniunt.
ut in ceteris hominibus alias contingit.
Quod si idea quia iam persona est ut in christo
fuit convenirent. personam non utique
facerent. sed tamen habentibus ab ea.
velut paries tectum et fundamen-
tum si facte iam domui adhibeantur
non domum facerent. sed ab ea cui addi-
ta sunt tamen haberentur. Sic et baptis-
mus baptizatum non mundat. conse-
cratio. ordinatio. dedicatio. ea que
iam illius participant secundo non auc-
tumant sed tamen adhiberentur. Sic
igitur anima et caro adhibita sunt filio dei.
velut indumentum membris. Est. ii.
filius dei factus homo non ita essentialiter
nisi quia es ipsa composita essentia
anime tue et corporis. sed essentialiter et
vere factus est homo secundum habitum. Unde
a. aug. Deus filius pro nobis factus est verus homo.
quia veram habet humanam naturam.
Hoc autem tractat aug. super locum il-
lum habitu inventus ut homo. Dicit
enim. iiii. modis accedere aliquid ad
aliquid ut habeant ab eo. Accedit
autem aliquid alicui. vel ita quod mu-
tat et non mutatur. ut sapientia stulto.

vel ita quod mutat et mutatur.
ut cibus stomacho. vel ita quod non mu-
tat nec mutatur ut anulus digito.
vel ita quod non mutat sed mutatur
ut vestis corpori quod genus congruit
huic comparationi. Deus enim filius se- Aug.
met ipsum exinanivit formam ser-
vi accipiens. non suam mutans. et
sic in similitudine hominum factus est.
verum hominem suscipiendo et ha-
bitu inventus est ut homo. Sic autem dicitur ylari.
ut homo non homo. sic caro illa dicitur non
peccati. sed similis peccatrici. Cum igitur
dicitur deus est homo. habitus ponitur ut
sit sensus. deus habet hominem. vel est habens
hominem vel et persona humanata pre-
dicatur. quod cassiodorus innuit di- Cassiod.
cens. factus est filius dei ut ita dixerim
humanatus deus. Cum autem dicitur homo est deus. ha-
bitus subicitur et natura vel persona ponitur.
ut sit sensus. homo est deus. id est habens hominem
est deus. Si autem factus est in propositione ponitur.
ut deus factus est homo. ita intelligere ut
deus cepit habere hominem vel humanatus
deus esse. Item homo factus est deus. id est tercia illa
persona cepit cum homine esse deus.

De predestinatione christi.

Secundum hoc igitur facile est intel-
ligere illud. quod predestinatus
est ut sit filius dei in virtute. filius enim dei
predestinatus est. id est gratia ei est preparatum.
ut non sit filius dei. sed ut cum homine sit
filius dei. ut ita gratia attribuatur
persone secundum naturam. velut si di-
camus huic advocato gratia sit.